Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lexicon Graecolatinvm Novvm

Scapula, Johannes
Zwinger, Jacob

Basileae, 1628

Dialectvs ionica

urn:nbn:de:bsz:31-107465

Visual Library

Temporum. *Præſens tempus vſurpant Attici loco Futuri: vt apud Demoſth.* οἱ σιτοῦντες *pro* σιτοῦντες ἀποθνήξονται.

Caſuum. *Participia* δέον, πρέπον, παρὸν, ἐξὸν, δόξαν, προσῆκον, μέλον, τυχόν, δέ ἐξὸν *&* τὰ *aliaque ſimilia in accuſatiuo vſurpant Attici, cum in Genitiuo deberent. Dicit ſchol. Sophoclis, Atticos nonnunquam* τὸ αἰτιατικὸν, *hoc eſt in obliquo caſu efferre* τὰ ὀνόματα μετοχικὰ *participialia neutra* ἐξὸν, παρὸν, δέον *&c. eamq; conſtructionem vocat* σχηματισμόν: *vt, Lyſias ait:* παρὸν μὲν πολλῶν χρημάτων γῆμαι ἄλλην, *pro* παρόντος, *cum poſſet opulentam aliam ducere. Ita* ἐξὸν *pro* ἐξόντος, τυχὸν *pro* τυχόντος, δόξαν *pro* δόξαντος, οὐδ᾽ ἂν ὂν, *pro* οὐδ᾽ ἂν ὄντος. *Id verò non ſolum in Præſenti participij, ſed etiam in Aoriſto & Futuro fieri ſolet: vt,* δόξαν *pro* δόξαντος, δοθὲν *pro* δοθέντος: *imprimis cum particulis* ὡς *&* ὥσπερ: *vt,* ὡς τ᾽ ἀνδρ᾽ ἐκ τοῦ ποιήσαντος, *pro* ὡς τοῦ ἀνδρὸς τοῦ ποιήσαντος: *item* ὥσπερ οὐκ αὐτοῦ χώραν τινὰ ὄντα, *pro* χώρας τινὸς οὔσης, *tanquam nullum ei territorium fuiſſet. Sic Clenardus.*

Heteroſis

* Participium in verborum conſtructione mutant Attici per

Antimereſion, Participium Atticè ſumitur pro

Nomine: *vt,* οἱ φεύγοντες *pro* οἱ φυγάδες. θύοντες *pro* θυταί. οἱ ἐπαινοῦντες *pro* οἱ ἐπαινέται.

Verbo: idque tribus ferè modis.

1. **Indicatiuo,** *aliiſve modis loco vtuntur Attici participiis: vt apud Demoſth.* τίς ἐστιν ὁ ταῦτα διοικῶν, *pro* ὅστις διοικεῖ. *Item* τίς ὁ ταῦτα φενακίζων *pro* τίς ἐστιν, ὅστις ταῦτα φενακίζει. *Apud Thucyd.* ἐπεμψαν Δημοσθένην ἐξάξοντα *pro* ἵνα ἐξάξῃ. *Item* ὅπως ποιήσων *pro* ἵνα ποιήσῃ.
2. **Infinitiuo** *neglecto vſurpant Participium Attici. vt apud Ariſtoph.* ἴδοις τοῦτο οὕτως ἔχον *pro* ἔχειν: διατελῶ ποιῶν *pro* ποιεῖν: μέμνημαι ποιήσας *pro* ποιῆσαι. *Simile eſt quod ait Thucydides lib. 1.* καὶ ἐν τῷ μὴ μελετῶντι ἀξυνετώτεροι ἔσονται, *pro* ἐν τῷ μὴ μελετᾶν. *Grammatici dicunt verbis cognitionis, perſeuerandi, deſiſtendi, & aliis nonnullis hoc contingere.*
3. **Circumſcribunt** *verbum Attici adhibito participio & verbo ſubſtantiuo aut alio aliquo habente ſignificationem congenerem, quale eſt* εἰμί, τυγχάνω, γίνομαι, *&c. vt,* οὐ ἔσῃ συμπνεύσας *pro* οὐ συμπνεύσεις. *Cum enim ſint* φιλομαθής *pro verbo* συμπνεύσεις, *vſurpat participium* συμπνεύσας. *Hoc autem quia per ſe non abſoluit ſententiam, opus habet verbo ſubſtantiuo, quod ſolum tempus adſignificet aut certè alio verbo, quod diſcrepantem ſignificationem non habeat: vt,* ἦσαν ἐγγίζοντες *pro* ἤγγιζον: ἐγένοντο τὰ ὦτα οὐ προσέχοντες *pro* προσεῖχον τὰ ὦτα: οὐ ἔσει φέρων *pro* φέρεις: ὅσα ὑμεῖς ὤστε *pro* δι᾽ ὧν ὑμεῖς ἀθλιώτατα διάγετε, *apud Demoſthenem. Sic* τῷ πλήθει οἱ βουλευόμενοι ἦσαν *pro* τὸ πλῆθος οὐκ ἐβούλετο: εἰ σοι ἡδομένῳ *pro* εἰ ἥδῃ.

Aduerbio: *vt,* σπεύσας ἄνυσον, *fac propere pro* ἀνύσιμως. *Ariſtoph. in Pluto,* πέραινε σπεύσας. ὦ τιλάνυσας, ἄνυσας ποτέ. *Dicit H. Stephanus hoc euenire, vt participium in verbum & viciſſim verbum in participium mutetur: vt* σπεῦσον ἀνύσας, *&* ἄνυσον σπεύσας. *Interea adhibent Attici participium loco aduerbij, quia vim verbi aliquam includens, efficaciorem reddit orationem, quam ſimplex aduerbium.*

Generis. *Poſterius membrum apud Atticos vel habet* Maſculinum *genus pro neutro: vt, apud Demoſthenem* μᾶλλον δ᾽ εἰ τὰ τοιαῦτα κατὰ τοὺς πεποιηκότας μέν οὐδέν, *pro* ἀπεποιηκότα. *Et apud Anacreontem* Δελφός μὲν ἱερὰ φέρουσα τόξον *pro* φέρον. *Vel Maſculinum pro Fœminino: vt apud Demoſth.* καὶ ταῦτα ἐλεγχθεὶς ἡ μαγεία καὶ ἀναιδὴς κεφαλὴ ἐξελήλυθας τῇ προτεραίᾳ μέν. Ἀλέξανδρος, *pro* ἐξεληλυθυῖα. *Hoc in relatiuis etiam contingit: vt apud Platonem in Philebo* λόγοι μέν εἰσιν ἐν ἑκάστοις ἡμῶν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν, *pro* λόγοι οὓς ἐλπίδας, *&c. Vel* Neutrum *loco Fœminini: vt apud Thucyd.* ὁ νεὼς πρῶτον ἦρξεν ἐμβάλλουσα τοῖς Ἀθηναίοις λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον, *pro* λεγομένη μέν.

Numeri. *Quod in ſimplici membro fit, id etiam in pluribus, vt nomini collectiuo ſingulari adijcitur Atticè in ſequenti membro numerus pluralis: vt apud Xenophontem Hell. 2.* εἰσιόντας δὲ αὐτοὺς ὄχλος περιεχεῖτο πολύς, φοβούμενοι μὴ ἄπρακτοι ἥκοιεν. *Hoc ſingulari* ὄχλος *additur pluralis* φοβούμενοι. *Apud Sophoclem in Antigone:* δέξεις γὰρ αὐτά. ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ, ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν, οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί *pro* οὗτος. *Dicit ſcholiaſtes Atticum eſſe, ſingularibus pluralia ſubiungere.*

x.

Plura etiam orationis membra præter communem vſum ab Atticis iunguntur: vt poſterius ab antecedente diuerſum ſit, & vocari ſolet πρὸς τὸ σημαινόμενον, *non* πρὸς τὴν φωνὴν *ſeu* λόγον, *ad ſenſum non ad verba reſpicere: item,* πρὸς τὸ σημαινόμενον *vel* νόητον λέγεσθαι, ἀλλ᾽ οὐ πρὸς τὴν σύνταξιν: *item,* κατάλληλος ἐστι, *&* κατάλληλον εἶναι πρὸς τὸ σημαινόμενον. *Diuerſitas autem illa oritur ratione tum*

Caſuum, vbi notandum:

1. **Tranſitur** *quandoque Atticè à genitiuo ad accuſatiuum: vt apud Ariſtot.* ὡς οὐχ ὁμοίως φύσει τῆς δυνάμεως οὔσης, καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ᾽ ἐνδεχόμενον πλατύνεσθαι, *pro* ἀλλ᾽ ἐνδεχομένης. *vbi etiam fœmininum in neutrum genus tranſit.* Quandoque *etiam à datiuo ad accuſatiuum: vt apud Demoſthenem,* οὐ προσήκει ὑμῖν ὄντας τοῖς τούτου λόγοις, εἰδότας ὅτι ἐκ πάντων τούτων γίνεται συνεργῆσαι: εἰδότας *pro* εἰδόσι.
2. **Oratio** *nonnunquam obliquis caſibus præcedentibus, recto clauditur: vt* ζῶ δ᾽ ἐρωτώντος ὅτι ἐγὼ δ᾽ οὐκ ἔσομαι, ὁ ἐπιτυχόντος, ὁ ἐκεῖ τὸ μακρότατον, *pro* ὃ ὅσα τὸ μακρότατον. *Sic H. Stephanus. Niſi velimus* τὸ μακρότατον *aduerbium eſſe ſignificans longiſſime. Ita apud Gregorium* Γεώργιος βασιλεύς, προσεῖναι ἐκ τῆς ἀγαθῶν, τυχὼν μὲν καὶ τῆς βασιλείας ὕστερον δὲ πρὸ τοῦ πάντων τῶν παλαιῶν Ἀδάμ. *&c. pro* δὴ πρὸ τοῦ ὄντα. *Poſſumus autem dicere hunc nominatiuum ceu per parentheſin reliquis aſſociari.*
3. **Caſus** *nonnunquam apud Atticos præcedentium conſtructionem non admittit, propter vim verbi ſequentis, à quo regitur: vt apud Philoſtratum,* ὁ Πρωτεὺς ὁ φάσκων, τὸ θαῦμα τὸ ἀλλάσσειν πολλαὶ μὲν αὐτοῦ καὶ παλαιαὶ αἱ μορφαί. *Hic nominatiuus* Πρωτεὺς *præcedit, cui verbum finitum adhærens regere deberet ſequentem caſum accuſatiuum: vt,* ὁ Πρωτεὺς εἶχε πολλὰς μορφάς. *Sed quia ſequens verbum eſt, non* ἔχω *ſed* εἰμὶ *ſubauditum, quod ſua natura cum genitiuo perſonæ & nominatiuo rei iungitur, ideo* πολλαὶ *nominatiuum eſt, reſpiciens* εἰσί, *quod ſubauditur, diſcordans à præcedentium nominatiua conſtructione.*

Temporis. *Membra nonnunquam temporibus Atticè diſcordant: vt apud Syneſium,* σὺ δὲ ὑγίαινε, καὶ ἀσπάσαι τὰς μακαρίους ἑταίρους. *Hic* ἀσπάσαι *aoriſtus primus eſt,* ὑγίαινε *præſens: ſimul etiam modo diuerſa ſunt hoc Optatiuo, illo Imperatiuo exiſtente.*

Modi. *Modis etiam diuerſis iunguntur membra apud Atticos: vt apud Xenop. 2. Cyrop.* τὰς μὲν τοι ἄλλας τὰς ἐν τῷ οἰκίᾳ εἶναι τάξεις, οὐδ᾽ ἄν τις ταῦτας λέγει, εἰ ἔστι. *Hic indicatiuus conditionalis ſumitur pro infinitiuo* ἐπιτάξαι.

Perſonæ. *Huc pertinet quando Oratio* ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ εἴδους *ſeu* τύπους *ad* μιμητικὸν, *ab obliquo ad rectum tranſit: vt, Lucæ cap. 5.* καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν: ἀλλ᾽ ἀπελθὼν, δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἀρχιερεῖ.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

IONICA DIALECTVS.

Antiquæ Iaſ interceſſit, ob inhabitantium commutationem. At cùm ex Attica in Aſiam, tempore regis Damaſicti, vt nonnulli exiſtimant, colonias duxiſſent Iones, Epheſum Miletum, Samum, aliaſque præclaras vrbes condidiſſent, Ionum regio conſtituta eſt, & terra Ionica dicta, linguáque, qua vtebantur, Ionica: quam viri præſtantiſſimi, Pythagoras, Hippocrates, Homerus, Heſiodus, Phocylides, Theognis, Herodotus, Anacreon, Archilochus, aliique complures monumentis literarum celebrem reddiderunt. De hac compendiosè & methodicè acturi, generaliſſima diuiſione conſiderabimus, tum

- Significationem vocum: *ſign. A.*
- Vocem ipſam, quæ à communi vſu diuerſa eſt, ſiue ſit
  - Vna tantùm quæ apud Iones variat vel
    - Omnino. *Habent ergo & Iones peculiares quaſdam voces, cæteris Græciæ populis inuſitatas. Exempli gratia:* Αἱμασιὰ *ſepes, maceria.* Αἶτος *lucus.* Ἐπαΐστος, *manifeſtus.* Ἠμακτίων, *apud Suidam in manuſcripto codice ex Herodoto pro δυσφορῶν, indignans. &* ἠμάκτεῖν, *pro indignari apud Camerarium.* Ἐνδέξιος, *milites.* Μέζεα, *genitalia.* Οἰσύπη *ſordidarum ouium lana, & excrementum.* Συρμαΐζειν, *purgare potione ex aqua & ſale.* Συρμαΐσμος *quoddam apud ſimiliſcos cibus ex adipe & melle.* Τεττιγομήτρα λαλίς, *cicada locuſta. Multa annotat Corinthus, quæ ſola ſignificationis diuerſitate propria ſunt Ionibus.*
    - Ex parte duntaxat. Quod oſtendemus, tum
      - Speciatim, *in ſingulis Etymologiæ claſſibus. Vide B.*
      - Generatim, reſpectu tum
        - Orthographiæ: quæ deſtis Ionicè vel
          - Augetur
            - Initio, *per* πρόσθεσιν *tum* Literæ, *nimirum* Τ: *vt*, τῷ *pro* ᾧ, τῷ λέγεις *pro* ᾧ λέγεις. Θ: *vt*, ἐθελοντεὶ *pro* εἰλοντεί. *tum* Syllabæ: *nimirum* Ο: ὄχ *pro* ἢ. Ε: *vt*, ἐι *pro* εἰ. Α: *vt*, ἀπαὶ *pro* παί, *ait Corinthus. Anadiploſis etiam apud Iones frequens eſt. vt* λελάχωσι *pro* λαχῶσι, κέκλυθι *pro* κλῦθι.
            - Medio, *per* ἐπένθεσιν, *tum* Literæ, *nimirum* I, *quod vt ſcribit Corinthus, vocali* ε *adiungunt vt* ξεῖνος *pro* ξένος. *Vocali item* ο: *vt*, χροιῇ *pro* χροῇ. *Hac enim vtitur Hippocrates & Homerus: quamuis alij Doricum, alij Atticum, nonnulli poeticum faciant.* Υ *ad* ο *adiciunt: vt*, νοῦσος *pro* νόσος, νοῦσ *pro* νόσον, μοῦνος *pro* μόνος. *Non autem dicunt* πνοῦς & ψοῦς *pro* πνόος & ψόος, *quoniam hæc vt ait Corinthus, à verbis* πνέω & ψύω *deducta ſunt. Et quamuis* μόνος *quoque à verbo deſcendat, quia tamen eſt trium generum aſſumit* υ. Γ: *vt* ἱερηδῶν *pro* ἱεροδοτῶν. Μ: *vt*, λαμβομαι *pro* λήψομαι. Σ: *vt*, λεγόμεσθα *pro* λεγόμεθα. Τ: *vt* ὅτι *pro* ὅτι *tum* Syllabæ, *nimirum* Ε: *vt* αἰνέειν *pro* αἰνεῖν, ἀδελφεὸς *pro* ἀδελφός. Ι: *vt*, λέγοιν *pro* λέγειν. Τι: *vt*, ἐτήτυμος *pro* ἔτυμος.
            - Fine *per* παραγωγὴν Syllabæ Ι: *vt* δηιωτέῃσι *pro* δηιωτέαις, ποιητῇσι *pro* ποιητῆς. Τι: *vt*, ἰφ᾽ ὧτι *pro* ἰφ᾽ ὧ.
          - Minuitur
            - Initio, *per* ἀφαίρεσιν, *quæ Ionibus eſt familiaris: tum* Literæ Δ: *vt*, αἰνὸς *pro* δεινός. Γ: *vt* αἶα *pro* γαῖα. Λ: *vt* εἴβειν *pro* λείβειν. Σ: *vt* μικρὸς *pro* σμικρός. *tum* Syllabæ, *nimirum* Ε: *vt* ὁρτὴ *pro* ἑορτή, κεῖνος *pro* ἐκεῖνος. *Extrahunt enim Iones è dictionibus primas vocales, teſte Corintho. Præterea augmenta detrahunt perfectis & aoriſtis, vel omnia, vel aliqua: vt*, βεβλήκει *pro* ἐβεβλήκει.
            - Medio, *per* συγκοπὴν, *tum* Literæ I: *vt*, δέξω *pro* δείξω, ἐς *pro* εἰς, ἰκτῖνος *pro* ἰκτῖνος. *Ex ei enim ſubiunctiuam tollunt Iones, & aliquando aliam literam ſubſtituunt: vt*, πεποίαται *pro* πεποίηνται. Γ: *vt* ὀπίσω *pro* ὀπίγω *ſubſtitutâ iota ſic Corinthus ex Herodoto.* Δ: *vt* ἱερός *pro* ἱεροδος. Κ: *vt*, βίβλα *pro* βιβλικά, ἰσηκῶς *pro* ἰσηκικῶς. Λ: *vt*, κάλιον *pro* κάλλιον. Σ: *vt*, ἐπίθεο *pro* ἐπίθεσο. Τ: *vt*, κρέτος *pro* κράτος. *tum* Syllabæ Ε: *vt*, φέρτε *pro* φέρετε. Κι: *vt*, κάμμορος *pro* κακόμορος. Με: *vt*, εἷμα *pro* εἵμεμα. Μο: *vt*, ἀρμόσαντες *pro* ἁρμοσάντες. Ρι: *vt*, ἐξαιτος *pro* ἐξαίρετος. Ωι: *vt*, δίκαλλίδες *pro* δικαλλωίδες.
            - Fine, *per* ἀποκοπὴν, *tum* Literæ N. *Hoc enim* ἐφελκυστικὸν *non vſurpant, adhibita potius apoſtropho: vt*, ἰδ᾽ ὅπως *pro* ἴσον ὅπως. *tum* Syllabæ Να: *vt*, κυκεῶ *pro* κυκεῶνα. Σι: *vt*, σφὶ *pro* σφισί. Τα: *vt*, ἱδρῶ *pro* ἱδρῶτα.
          - Mutatur: *de quo ſigno C.*
        - Proſodiæ, *quæ conſiſtit in ſyllabarum tum*
          - Quantitate. *Ionum propria ſunt correptiones teſte Corintho, vt Atticorum productiones. Dicūt ergo* νίας *pro* νηας, ζοὶ *pro* ζωοί.
          - Tono. *Canonem profert Etymologus:* Ἐπὶ τῶν εἰς α βραχυκαταληκτῶν *...* εἰώθασιν οἱ Ἴωνες *...* ὥσπερ ἄγυια, ὄργυια *...* *Interea auctis vel minutis dictionibus, obſeruantur Iones quoque tonum mutare: vt*, *...* *ait Nicander, Fœminina in εια proparoxytona, Ionibus fiunt paroxytona, ſublato* ε: *vt*, ἀληθίη *pro* ἀλήθεια.
          - Spiritu. *Ionas non minus, quam Æolas, Euſtathius* ψιλωτικοὺς *vocat.*
- Plures, *de quibus ſigno D.*

A. Significa-

A. Significationem *haſtenus vſitatis dictionibus attribuunt Iones diuerſam: quod in partib. orationis exempli gratia, oſtendi poteſt: in*

- Articulo. *Iones enim frequenter vtuntur prapoſitiuis loco ſubiunctiuorum:vt,* τὸ *pro* ὃν. *Ait Hom. Iliad.* 1. τὸν ἠτίμησ' ἀρητῆρα. *Dicunt alij,poſtpoſitiuo per* πρόσθεσιν *accedere* τ.
- Nomine. *Herodotus in quinto teſtis eſt priſca conſuetudine in pellibus caprinis & ouillis ſcriptitatum eſſe. Quas cum* διφθέρας *vocarent priſci Iones,tranſlatum eſt nomen ad ipſa ſcripta,vt annotat Polydor.li.*2.*ca.*8.*de rerum inuent.* Ἔφεστιος *domeſticus,Ionicè conterraneus.* Αἰχμὴ *lancea: Ionicè ſors,ſcribit Etymol. & Heſych ſors,partio.* Μῦθος *fabula:Ion.ſermo.* Ὄμφαξ, *vuae acerbae;Ion.caecus.* Τέλος *finis:Ionicè ſumptus.* Τρύφος *fragmentum: Ion.ſumma vel extrema pars montis,* τὸ ἀκρωτήριον. Φάρμακον, *venenum:Ion.color.*
- Pronomine. Εἷς *Ionicè pro* σύ. Σφέας *pro* αὐτούς.
- Verbo. Ἀντιάζω *occurro:Ion.bellum gero.* Ἀναιρέω *accido:Ionicè vaticinor.* Ἀναγινώσκω *recognoſco:Ion.perſuadeo.* Σπαργάω *luxurior:Ion.deſidero.* Εἶναι *pro* ὑπάρχειν *Ionicè ſumi,teſtatur Euſtathius* 2. *Iliados.*
- Aduerbio. Ἀτεχνῶς *Ionicè pro* ἐπιμελῶς. Ἐπιστροφάδην *pro* ἀπατηλῶς. Μὴν *pro* μᾶλλον. Ποτὶ *pro* πρός.
- Coniunctione. Μὲν *Ionicè pro* μᾶλλον: *vt apud Herod.* μᾶλλον μὲν ἔχειν ἐθέλων. *Sic Corinthus.*
- Præpoſitione. Ἐς *pro* εἰς. *vt,* πολεμεόντες *pro* εἰς πόλεμον. Ἐς *pro* εἰς. Ἐξ ὃ *pro* ἕως, *apud Herod.*

C. Mutantur literæ ab Ionibus pro ratione *in*

- **Figuræ per** ἀλλοιωτικὴν: *quando alterius locum ſubit. Mutantur ergo*
  - Vocales
    - Vna in aliam,
      - A in
        - E: *vt,* γέμμα *pro* γάμμα *dicunt Iones inprimis Democritus,qui pro* μῦ μῶ *λέγει,ait Euſtath.* 3. *Iliados.* τέσσερες *pro* τέσσαρες.
        - EA: *vt* σφέας *pro* σφᾶς.
        - H *ſi a ſit longum,vt,* ζόην *pro* ζόα, σπείρη *pro* σπεῖρα: *vel etiam ſi breue, apud recentiores; vt,* ἀληθείην *pro* ἀλήθειαν. *Sic Plutarchus Philoponus & Corinthus. Hinc regula: In omnibus partibus orationis, cuiuſcunque numeri caſus & perſonæ fuerit, a in η mutare conſueuerunt Iones,Doricis nominibus exceptis.*
        - Ω: *vt,* χρέω *pro* χρέα, ὥρεσ *pro* ἄρεος, ωὐτὸς *pro* αὐτὸς *in diphthongo. Exiſtimat Corinthus Ionas hoc agere in ſuis rectis ex colliſione, & in Vocatiuis, quemadmodum & Atticos: vt apud Herodotum,* ὦνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον, *pro* ὦ ἄνθρωπε.
      - E in
        - A breue: *vt,* μέγαθος *pro* μέγεθος, τάμνω *pro* τέμνω *apud Herod.*
        - H: *vt,* Θηεῦμαι *pro* Θεῶμαι, Θηεύμενος *pro* Θεώμενος, Θηεῖσθαι *pro* Θεᾶσθαι, ἀγγηΐην *pro* ἀγγεῖον.
        - I *vt* ἱστίη *pro* ἑστία, ἐπίστιος *pro* ἐφέστιος.
      - H in
        - A breue,*teſte Plutarcho & Corintho:vt* ἀάλη *pro* κήλη, λελασμένος *pro* λελησμένος.
        - AI *aſſumpto inſuper* α: *vt* νικαία *pro* νίκη.
        - E: *vt,* ξεῖνος *pro* ξηρὸν, νέας *pro* νῆας *per Syſtolen.*
        - EA *Ionice reſolui teſtatur Etymologus in voce* ἔασι *quando dicit iſtiuſmodi reſolutionis beneficio pro* ἦσι *Ionice dici* ἔασι, *iota nimirum adſcripto.*
        - Ω: *vt,* ἀρωγὸς *pro* ἀρηγός.
      - I in
        - H: *vt,* ψαμάθιον *pro* ψαμάθιον, κνείω *pro* κνίω. πόλεῖ *pro* πόλει.
        - E: *vt,* ὄφεῖ *pro* ὄφει, πόλεος, *pro* πόλιος, τίθημι *pro* τίθημι.
      - O in Ω: *vt,* δῶρον *pro* δῶρον.
      - Ω in
        - AO: *vt,* σάοφρων *pro* σώφρων, *apud Theognidem, Anacreontem & alios.*
        - EΩ, *ſi* ω *ſit circumflexum: vt,* τιθέω *pro* τιθῶ, *&* ω *pro* ὦ.
    - Plures
      - IE in I longum: *vt vult Corinthus: vt,* ἱρεύς *pro* ἱερεύς.
      - EA in H: *vt,* ὁρητὸς *pro* ὁρατὸς, ἦρ *pro* ἔαρ, συνήντε *pro* συνέαντε.
      - EE in H: *vt* ἔφη *pro* ἔφει.
      - EO in EY: *vt,* πλεῦνας *pro* πλέονας.
      - OA in Ω: *vt,* βῶξ *pro* βόαξ, *Gaza lib.*3.*Gramm.*
      - OH in Ω: *vt,* ἐγὼ δ' ὠυτὸς *pro* ἐγὼ δὲ ὁ αὐτὸς, βώσω *pro* βοήσω, νώσω *pro* νοήσω, βωθεῖν *pro* βοηθεῖν.
  - Diphthongi in
    - Vocales
      - EY in
        - Ω: *vt* ἐκπλώσας *pro* ἐκπλεύσας: *Corinthus ex Herodoto,* κατὰ λῆιον ἐκπλώσαντες.
        - HY: *vt,* ηὔχομαι *pro* εὔχομαι.
      - EI in
        - EA: *vt,* ποιέαται *pro* ποιεῖται.
        - EE: *vt,* σφέες *pro* σφεῖς.
        - EY: *vt,* πλεῦν *pro* πλεῖν.
        - HI: *vt,* πολιήτας *pro* πολείτας, κληῖς *pro* κλεῖς.
      - A *cum iota ſubſcripto in* H *cum iota ſubſcripto. vt,* αἰνείη *pro* αἰνείᾳ. *vel ſaltem in* HI. *vt,* Θρῆιξ *pro* Θρᾷξ, ῥηίδιον *pro* ῥᾴδιον.
      - AY in Ω. *vt* τρῶμα *pro* τραῦμα.
      - H *cum iota ſubſcripto in* HI. *vt,* χρηίζω *pro* χρῄζω.
      - OY in
        - EO. *vt,* ἐμέο *pro* ἐμοῦ & EΩ. *vt,* τέω *pro* τοῦ, βορέω *pro* βορρᾶ.
        - OO. *vt,* βόος *pro* βοῦς, & OA. *vt,* χρόα *pro* χροῦ. & OIO. *vt,* λόγοιο *pro* λόγου.
        - Ω. *vt,* βῶν *pro* βοῦν.
      - Ω *cum iota ſubſcripto in* ΩI. *vt,* τῷι λόγῳι *pro* τῷ λόγῳ. *Et apud Hom.* ὑπερῷιον *pro* ὑπερῷον, *niſi ſit poeticum.*
    - Diphthongos alias
      - AY in
        - HY. *vt,* νηῦς *pro* ναῦς.
        - ΩY. *vt,* Θῶυμα *pro* Θαῦμα. *Nam* ωυ *diphthongus Ionum eſt propria, quæ nunquam diſſoluitur. vt,* ὠυτὸς *pro* αὐτός.
      - AI in H *cum iota ſubſcripto. vt* μάλιστης *pro* μάλιστας.
  - Conſonantes: *de quibus conſule ſign.E.*
- Situs & ordinis. *Tranſponunt enim Iones literas per*
  - Metatheſin *in vna tantum ſyllaba. vt* κάρδια *pro* καρδία, κάρτερος *pro* κράτερος.
  - Hypertheſin, *in duabus. vt,* ὀθνεῖος *pro* νοθεῖος, γυνὸς *pro* γόνυος.

ℰ. Conſonan-

IONICA.

E. Conſonantes quoque inter ſe permutantur Ionicè, nimirum

- Tenues mutantur in Denſas: vt, ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα, ἐνθεῦτεν pro ἐντεῦθεν, ἀθ᾽ ὁρμῶν pro ἀπ᾽ ὁρμῶν. Quod ipſum in nonnullis facit & communis dialectus: vt, ἀφ᾽ ὅτου pro ἀπ᾽ ὅτου, ἀπηλιώτης. Vel ſaltem in Tenues alias Π nimirum in Κ: vt κῶς pro πῶς, ὅκως pro ὅπως, quod imprimis, inquit Anteſignanus & Guilloninus, in interrogatiuis fit & relatiuis.
- Denſas in Tenues: qua mutatione vnicè delectantur Iones in compoſitis imprimis, tum in ſimplicibus: vt, ἀπικέσθαι pro ἀφικέσθαι, δέκομαι pro δέχομαι, ἐπ᾽ οὗ pro ἐφ᾽ οὗ, οὐκ ὦν pro οὐχ ὦν, κιθὼν pro χιτών. Quamuis, teſte Grammatico, & Corintho, Χ etiam in Ξ mutent: vt, τρίξα pro τρίχα, δίξα pro δίχα.
- Mediæ mutæ: Β & Γ in Ζ: vt ζέρεθρον pro βέρεθρον, φύζη pro φυγή.
- Semiuocales: Duplex σσ in Ξ: vt, δίξα pro δισσά, teſte Grammatico.

B. Specialius iam examinãda ſunt ea quæ hucuſq; generatim à nobis ſecundum literarũ affectiones dicta ſũt: atq; adeo in ſingulis orationis partibus Ionũ proprietates declaranda & ob oculos diſcentium euidẽter collocanda ſunt. Ergo

- ARTICVLVS hæc ferè propria habet
  - Articuli fœminini generis in ſecunda, maſculini & neutri in tertia declinatione, eandem cum nominibus recipiunt dialectorum varietatem: vt τῇσι pro ταῖς, τοῖσι pro τοῖς, ἁ pro ἡ. Nicander τέων dicit pro τῶν ſeu ὧν maſculino, quod tamen, teſte Caninio non probatur Grammaticis. Niſi dicere velimus ad exemplum primæ & ſecundæ declinationis nominum in genitiuo plurali accepere ε.
  - Poſtpoſitiuo Articulo præfigunt Iones literam τ exceptis nominatiuis ὅς & ὅ: vt, τὸ pro ὅ, τοῦ pro οὗ, τοὺς pro οὕς. Niſi, quod iam dictum eſt ex Io. Grammatico, velimus Ionas nonnunquam præpoſitiuo articulo vice poſt poſitiui vti. Præfigunt etiam genitiuo ὗ vocalem Ο: vt apud Homerum ὅου pro οὗ.
  - Compoſitiui Articuli ὅστις nonnullos caſus, aliter quàm conſuetum eſt, formant Iones: ὅτευ dicunt pro ὅτου, ὅτεῳ pro ὅτῳ, ὅτεων pro ὧντινων, ὁτέοισι pro οἷστισι, ἅσσα pro ἅτινα, ait Euſtathius.
- NOMEN vtidem diuerſam eſt ratione
  - Deriuationis. Nam
    - Comparatiua nonnulla formant Iones præter vſum communem & Atticorum in
      - ιστερος & ſuperlatiuum in ιστατος, cum prius eſſet, vel οτερος: vt, λάλιστερος λαλίστερος pro λαλίστερος. Vel ωτερος: vt, πλησιέστερος pro πλησιαίτερος. Vel ωτερος ῥαδιέστερος pro ῥᾷον. Vel tandem ſecundum Atticos ἐστερος: vt, ἀκρατέστερος pro ἀκρατέστερος.
      - ιτερος, cum prius eſſet εστερος: vt, ῥηΐτερος pro ῥαδιέστερος. Nam Iones poſitiuum communem ῥᾴδιος reſoluunt in ῥηΐδιος. Ab hoc regulariter formaretur comparatiuum ῥηϊδίστερος. Iones autem per Syncopem dicunt ῥηΐτερος, & in ſuperlatiuo ῥήϊστος pro ῥᾷστος.
      - ιων, vbi Attici εων & communes ειων dicebant: vt, πλέον pro πλεῖον, & πλέον.
    - Denominatiua, & inter hæc Numeralia Iones quoque per metaplaſmum ſuo modo efferunt: vt, τέσσερες pro τέσσαρες, τριηκοστός pro τριακοστός, & ſic de cæteris, ὀγδώκοντα pro ὀγδοήκοντα.
    - Poſſeſſiua nonnulla Ionico more amittunt ι: ita teſte Corintho: vt, ἀργύρεος pro ἀργύρειος, χρύσεος pro χρύσειος.
    - Patronymica Iones vel
      - Conſueta mutant. Quæ enim deſinebant in δης, illi vel per ων efferunt: vt, κρονίων pro κρονίδης, πηλείων pro πηλείδης.
      - Noua formant ex deſinentibus in ων: vt, πηλείωνίδης pro πηλείων.
  - Generis. Etenim
    - Subſtantiua maſculina in fœminina vertunt Iones, ſeruata terminatione vt, ἡ κίων pro ὁ κίων, columna: vel mutata: vt, ἀστερίς pro ἀστήρ: ait Grammat. & Corinthus. Τὰς δὲ τιμωρέομας μάλας ἐοῦσα ἀστέρος ἄλλον. Ait Etymol. in voce ἵππος, ἰστέον ὅτι οἱ Ἴωνες πάλας τὰς ἀγέλας ἀπὸ τῶν ἵππων τῇ προσφορᾷ, τὰς ἵππους, καὶ τὰς ὄνους, καὶ τὰς βοῦς λέγοντες. Euſtathius ſcribit Atticis cum Ionibus commune eſſe, vt fœmininum genus pro maſculino vſurpent: Iones tamen non mutare terminationem.
    - Adiectiua in ος apud Iones fiunt generis communis: vt κλυτὸς ἵππος ἄμαξα, pro κλυτή. Quinetiam Fœminina maſculinorum in ος vel εος, mutantur in η: vt, ἀργὴν pro ἀργήν, ανθρωπ ἀνθρωπός.
  - Numeri. Numerorum dualium diligentem habent rationem Iones, teſte Io. Grammatico.
  - Declinationis, quæ à communi forma diuerſa eſt, ratione tum
    - Terminationis quæ deſinunt apud Iones vel in
      - Αιη ex η: vt πελλαίη pro πέλλη.
      - Αιη ex α: vt ἀθλαίη pro ἀθλία.
      - Ας ablato finali ος: vt, Νικόλας pro Νικόλαος, Μενέλας pro Μενέλαος.
      - Αμος ex εος: vt, ἀδάμαος pro ἀδάμας in omnibus caſibus: in plurali ἀδάμαος pro ἀδάμαντες, quibus oratores etiam vtuntur.
      - Ευς ex ος: vt, ἐγὼς pro ἐγώ. Hoc ab aliis tribuitur Atticis.
      - Αον ex λυς: vt, πολλὸς pro πολὺ, πολλός pro πολύς.
      - Ηρ ablato finali ος: vt, ἐλέαιρ pro ἐλέαιρος, amabilis.
    - Caſuum vt dicetur folio ſeq. ſign. †
- Reliquæ partes orationis. Pronomen ſigno G. Verbum ſigno H. Participium ſigno I. Aduerbium & Coniunctio ſigno K.

* Ionum

* Ionum proprietas in Declinationibus obſeruanda eſt tum

- Simplicibus:
  - Prima:
    - Iones in toto ſingulari numero & datiuo plurali primæ ſimplicium mutant α in η, exceptiſq́; nominibus, quæ Dorica ſunt, in ας deſinentia: vt, αἰνείης pro αἰνείας, αἰνείη pro αἰνείᾳ, αἰνείην, αἰνείη. In datiuo plurali ταμίῃς, α mutato in η. In Doricis nominibus hoc non vſu venit, quia antea ſunt verſa ex ης in ας: vt, ληςᾶς pro ληςής.
    - Genitiuus ſingularis Ionicè deſinit in εω, cum accẽtu in antepenultima: vt, βορέω pro βορέου. Io. Grammaticus ait, Omne ης, cum genitiuus in ου deſinit formas cum per εω.
    - Accuſatiuus ſingularis Ionicè deſinit in εα: vt, αἰνείεα pro αἰνείαν, ποιητέα pro ποιητὴν.
    - Genitiuus & Accuſatiuus pluralis per epentheſin Ionicam accipiunt ε: vt, ταμιέων pro ταμιῶν, ταμιέας pro ταμίας.
    - Datiuus pluralis αις mutat Ionicè in ῃς, aſſumpto nonnunquam per paragogen ι: vel retento αις, eandem recipit paragogen, hoc eſt, deſinit Ionicè in ῃς vel ῃσι, vel αισι: vt, ταμίῃς pro ταμίαις, ἀλφηςῆσι pro ἀλφηςαῖς, ληςαῖσι pro ληςαῖς.
  - Secunda:
    - Iones in ſecunda ſimplicium α paſſim mutant in η: vt, μελίσση pro μέλισσα, γεφυρὴ pro γέφυρα, γεφυρῆς, γεφυρῇ, &c.
    - Genitiuus & Datiuus plurales formantur Ionicè, vt in prima declinatione: vt, ἀρετέων pro ἀρετῶν, ἀρετῇς pro ἀρεταῖς, &c.
  - Tertia:
    - Genitiuum ſingularem reſoluunt Iones in οιο: vt, λόγοιο pro λόγου.
    - Genitiuus & Datiuus dualis inter οι & ν aſſumit Ionicè iota: vt, λόγοιιν pro λόγοιν.
    - Datiuo plurali addunt Iones ι per paragogen: vt, λόγοισι λόγοις.
  - Quinta:
    - Barytona in ις & υς Ionicè declinantur purè duntaxat: vt, ὄφις ὄφιος, non ὄφεως, χέλυς, χέλυος, χέλυϊ, χέλυν.
    - Genitiuum pluralem Iones in quibuſdam formant, vt in prima declinatione: vt, χειρέων pro χειρῶν, ποσσιδέων pro ποσσιδῶν.
    - Datiuum pluralem Iones ducunt à nominatiuo plurali addendo σι, & in neutris inſuper α mutando in ε: vt ἄνδρες, ἄνδρεσι, ἔπεα ἐπέεσσι.
- Contractis, in quibus notandum eſt, Iones malle vti non contractis caſibus, idque in omnib. ſpeciebus. Ergo dicunt ἀληθέας pro ἀληθεῖς, ὄφιϊ pro ὄφι, βασιλέϊ pro βασιλεῖ, νόος pro νοῦς, ῥόος pro ῥοῦς, &c. Verſus primus primi Iliados eſt, μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος: in quo rectè obſeruat Gualtperius, nulla neceſſitate πηληϊάδεω dici pro πηληϊάδου, primæ ſimplicium, quandoquidem in ſcanſione εω contrahitur per συνίζησιν in ω. Notanda tamen quædam ſunt in ſingulis ſpeciebus declinationum, in
  - Prima, Iones nonnunquam ex genitiuo contracto nominum in κλῆς deſinentium formant alium genitiuum, & ex eo cæteros caſus: vt, ἡρακλέης Hercules, & contracta terminatione ἡρακλῆς. Hoc genitiuum habet ἡρακλέεος, quem duobus modis contrahit: primo εο in ευ: vt, ἡρακλέευς, pro ἡρακλέεος: ſecundo εε in η: vt, ἡρακλῆος pro ἡρακλέεος. Ab hoc poſteriore contracto genitiuo formant Iones alium, η in ει reſoluendo, vel ſaltem ε per epentheſin aſſumendo: vt, ἡρακλέηος pro ἡρακλῆος, in datiuo ἡρακλέηϊ, &c. Sic Anteſignanus.
  - Secunda.
    - Mutant Iones penultimum ι in η nonnunquam: vt, πόληος pro πόλιος, πόληϊ pro πόλιϊ, πόληα pro πόλιν, πόληες pro πόλιες: nonnunquam in ε: vt, πόλεος pro πόλιος, πόλεες pro πόλιες. Hoc eſt quod dicit Corinthus, in ος deſinentes genitiuos, à rectis in ις factos, Iones per ιος proferre: vt, ὄφιος, ὄφιος, πόλις, πόλιος.
    - Contrahunt Iones ιε & ιι in ι ſeu iota, Corintho teſte: vt ὄφις pro ὄφιες, ὄφιες. Ait Cruſius: In Ionica declinatione etiam Nominatiua terminatio dualis contrahitur: vt, ὄφιε, ὄφι: quod aliàs Atticorum eſt.
    - Datiuum pluralem à nominatiuo formant Iones, vt datiuum quintæ ſimplicium: vt, ὀφίεσι pro ὄφισι, à plurali Ionico ὄφιες.
  - Tertia.
    - Penultimum ε in omnibus caſibus, excepto nominatiuo ſingulari Ionicè mutatur in η: vt βασιλῆος pro βασιλέος, βασιλῆες pro βασιλέες, & in datiuo plurali βασιλῆσι pro βασιλεῦσι, abiecto etiam υ. Veteres tamen Iones, teſte etiam Anteſignano, ε in ει vertebant: vt, βασιλεῖος, pro βασιλέος.
    - Datiuum pluralem à nominatiuo quandoque formant Iones, vt datiuum quintæ Simpl. vt, βασιλῆεσι, à βασιλῆες.
  - Quarta. Accuſatiuum in ω deſinentem, Iones mutant in ουν: vt, λητοῦν pro λητώ.
  - Quinta, Iones ex obliquis detrahunt τ literam: vt, κέραος pro κέρατος, κέραϊ pro κέρατι.
  - Oligopathum, Iones in accuſatiuo ſingulari, nominatiuo, accuſatiuo & vocatiuo plurali ν abijciunt: vt, μείζονας, Ionice μείζοας, vnde Atticum contractum μείζους.

IONICA.

G. In Pronomine Iones ſuis quoque priuatis gaudent loquendi modis:

- Quæ more ſecundæ & tertiæ declinationis ſimplicium declinantur pronomina, ijſdem modis variant Ionicè: vt, ἐμέο pro ἐμοῦ. ϲέο pro σοῦ. ἕο pro οὗ. ἑέο pro ἑοῦ. ἡμείων pro ἡμῶν. ἡμετέρῃσι pro ἡμετέραις, &c.
- Syllabas circumflexas in Primitiuis, ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, diuidunt Iones, ᾳ in εα, εις in εες, ων in εων, ας in εας: vt, ἐμέο pro ἐμοῦ. σέο pro σοῦ. ἡμέας pro ἡμᾶς. ὑμέας pro ὑμᾶς. σφέας pro σφᾶς. ἡμέων pro ἡμῶν. ὑμέων pro ὑμῶν. σφέων pro σφῶν. ἡμέας pro ἡμᾶς. σφέας pro σφᾶς. Additur quandoque iota ad ι: vt, ἐμεῖο, σεῖο, ἡμείων, ὑμείας, σφείας, &c. quod Antesignanus eſſe dicit aliþ Ionibus relinquunt.
- Reciprocum οὗ, in datiuo Ionicè habet ἑοῖ pro οἷ, in accuſatiuo ἓε pro ἕ, in datiuo plurali σφὶ vel σφὶν pro σφίσι.
- Οὗτος, Αὐτὸς, Αὐτὴ & eorum Compoſita ante vocalem longam vel diphthongum terminalem, admittunt perepenthesin Ionicam ε, in αὐτὸς quandoque mutare Ionicè αυ in ωυ: vt, τουτέω pro τούτῳ. τουτέων pro τούτων: αὐτέη pro αὐτῇ, ταὐτέης pro ταύτης, αὐτέων pro αὐτῶν, αὐτέοις pro αὐτοῖς: ωὐτὸς pro αὐτός. ἐμεωυτὸν pro ἐμαυτόν, ἑωυτὸν pro ἑαυτόν, &c.
- Ἐκεῖνος ſecundum nonnullos Ionicè habet κεῖνος: quod alij tribuunt Aeolis, alij Poetis.

H. Verborum Ionicæ proprietates, in eorum accidentibus conſiderandæ ſunt, in

- Coniugatione, in qua ratio habenda eſt
  - Thematum. Iones verbis contractis ſecundæ circumflexorum per epenthesin immittunt ε: vt, ὁρέω pro ὁρῶ, ὁρέοντες pro ὁρῶντες, μνεώμενος pro μνώμενος. Annotat etiam H. Stephanus in Theſauro, ὠνέω Ionicum eſſe pro ὠνοῦ, ex ὠνέω, quod tamen etiam pro Poetico habeatur.
  - Temporum reliquarum. Eorum enim varietates cum plures ſint, nūc omnibus ſpeciebus coniugationum, nunc aliquibus vſitata, nos omnes & ſingulas, in diſcentium gratiam, Methodo ἀνεσκέιᾳ neglecta, per ſola genera & eorum modos & tempora enumerabimus: ſub quibus, ſi quæ ſingularum coniugationum fuerint proprietates, facilè deprehendentur. Hæc ergo iam nunc conſiderabimus tum
    - Initium verborum: ipſum ſcilicet AVGMENTVM: quod Iones vel
      - Tollunt. Iones augmenta verborum tollunt: vt, τῖον pro ἔτιεν, τύπτε pro ἔτυπτε. Hoc adeò eſt familiare Ionibus, vt ſæpius Pluſquamperfecto, aliiſque temporibus, quæ plura habent augmenta, tollant omnia: vt, δεδίσκω, pro ἐδεδίσκω, δεδέκτο, ἐδέδεκτο: δέδεκτο pro ἐδέδεκτο, δέδεκτο: βεβλήατο pro ἐβεβλήατο, βεβλήμενος pro βεβλημένος. Ita quoque detrahunt augmenta temporalia. Hinc aliqui diphthongos αι & ει ab Ionibus non mutari volunt: vt, αἰτέω, αἴτεον, αἴτηκα, αἰτέω: εἰκάζω, εἴκαζον, εἴκακα, εἴκασα. Quod etiam fit in Paſſiua voce αἴτημαι, εἴκασμαι, &c.
      - Addunt. vbi
        - Non deberent. Iones multis temporibus, eorum modorum, quibus non conueniunt, addunt perſæpe augmenta: vt in Præſenti Indicatiuo κεκλῦθι dicunt pro κλῦτε: in Futuro πεπιθήσω pro πιθήσω: in imperatiuo κέκλυθι pro κλῦθι à κλύω, πέπλαθι pro πλάθι à πλάω: in Coniunctiuo λελάχωσι pro λάχωσι: in Infinitiuo, δεδέχθαι pro δέχθαι, λελαβέσθαι pro λαβέσθαι, &c.
        - Deberent quidem, ſed tamen per conſuetudinem duplicant. Ergo Iones quandoque repetunt primam literam præſentis: quandoque Atticam anadiploſin vſurpant: vt, τέτυπον pro ἔτυπον, εἶλω pro λῶ ex εἰλῶ: ἀραρίσκω pro ἤρμοκα, ex ἀρέω: vnde participium ἀναραρικώς, quo vtitur Herodotus in Terpſichore. Sic ἐρήριγμαι pro ἤρειγμαι, ἐμήμεκα pro ἤμεκα, ab ἡμέω.
      - Mutant:
        - Quod Atticorum eſt, hoc Etymologus Ionibus tribuit, vt augmenta λε & με mutent in ει: vt, εἵμαρμαι pro μέμαρμαι, εἴληφα pro λέληφα.
        - In verbis ab ε incipientibus Iones aſſumunt pro augmento iota, non ſolum in iis thematibus quæ communia ſunt, ſed & in aliis nonnullis: vt, εἰργάζον pro ἠργάζον, ab ἐργάζω. Quanquam fateatur Corinthus, præſens quoque Ionicum eſſe εἰργάζω, quod apud Herodotum & alios legatur.
    - Finem: ſub quo non ſolùm terminationem, ſed & penultimam, quæque poſt augmentum leguntur alia comprehendimus. Hæc autem Generatim à primo notamus, quod, Iones non ſolas circumflexorum verborum terminationes ſine craſi eloquuntur: ſed etiam cæterarum coniugationum quæuis tempora circumflexa reſoluunt, inſerto per epenthesin ε: vt, ποιέω dicunt pro ποιῶ, ποιέεσθαι pro ποιεῖσθαι, ἐχρέωντο pro ἐχρῶντο, χρεόμενος pro χρώμενος, δοκέω item pro δοκῶ quamuis hoc rariùs agant in ſecunda circumflexorum: ὁρέω pro ὁρῶ futuro primo verbi ὁρέω: τυπτέω pro τυπτῶ verbi τύπτω: τυπτέεσθαι pro futuro 2. Optatiuo τυπεῖμι: ταγέειν pro ταγεῖν Aoriſto 2. Infinitiuo: ταχθέω pro ταχθῶ, ταγέω in ταγῶ, qui ſunt Aoriſti Coniunctiuus vocis Paſſiuæ: τεθέω pro τεθῶ, θέω pro θῶ, ἱστέω pro ἱστῶ, στέω pro στῶ, δέω pro δῶ, ἐῶ pro ὦ: quæ omnia coniunctiua ſunt verborum in μι. Τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, ἵημι, &c. Hæc generatim: iam ad ſpeciales proprietates, Vide ſign. L.
- Figura. Ait In. Grammaticus: Compoſitiones verborum proferunt Iones per conſonantes tenues: vt, κατόρῶ καὶ ἀπ̓ ὁρῶ κατορῶ pro καθορῶ, &c.

Z.
Temporum *ergo Ionicè formatorum ratio obſeruanda eſt in Genere.*

PASSIVO *& Medio, de quibus ſigno M.*

ACTIVO: *& idem modo*

Indicatiuo. *Catus tempus*

Praeſens *eſt:*

Ad *tertiam ſingularem adijciunt* Iones *ſyllabam* σι. *&* ει *mutant in* η, *Aeolum more: vt,* ἐρίδησι *pro* ἐρίδει. *Hanc formam loquendi, qua delectatus eſt Ibycus,* Ἰβύκειον σχῆμα *vocat Euſtathius.*

Reduplicatio *verborum in* μι *apud Ionas fit per* ι: *vt,* τίθημι *pro* τιθημι, ἵστημι *pro* ἵστημι, ἵημι *pro* ἵημι, *vnde* ἵεμαι *&* ἵεμαι: τίθημι *moreor, à* θνάω.

Tertia *pluralis verborum in* μι *reſoluitur Ionicè, ponendo* α *ante* σ, *& abijciendo* ε *diphthongo ſi adſit ſubiunctiuam: vt,* τιθέασι *pro* τιθεῖσι, ἱστάασι *pro* ἱστᾶσι, διδόασι *pro* διδοῦσι, ζευγνύασι *pro* ζευγνῦσι, ἴασι *pro* εἰσί, ἰεῖσι *pro* ἱεῖσι.

Imperfectum:

Tertia *ſingularis Imperfecti & Aoriſti vtriuſque omnium coniugationum, formatur Ionicè à ſecunda, addendo* κε, *& augmentum abijciendo penultima correpta, longis ſcilicet vocalibus in breues mutatis, & è diphthongis poſteriori ſublata: vt,* τύπτεσκε *pro* ἔτυπτε, τιθέσκε *pro* ἐτίθει, ποιέεσκε *pro* ἐποίει, στάσκε *pro* ἔστη. *Quamuis autem hoc idem fieri dicant Caminius & alij nonnulli, in reliquis perſonis, non tamen illius, niſi ex Poetis exempla proferri poſſe, ſunt qui contendant.*

Prima *& tertia ſingularis nonnullorum verborum in* μι *Ionicè deſinũt in* εα *&* εε, *vt plusquamperfectum: vt,* ἐτίθεα *pro* ἐτίθην, ἐτίθεε *pro* ἐτίθη. *Sic* εἶμι *habet* ἦα *&* ἤειν *pro* ᾖειν *prima & tertia perſona. Pro poetico etiam* ἔσκον, *à prima perſona* ἐον, *Iones dicunt* ἔας *pro* ἦς.

Perfectum: *Characteriſticam literam* κ *eiiciunt Iones, & longam antecedentem corripiunt: vt,* βέβαα *pro* βέβηκα, ἕσταα *pro* ἕστηκα. *Nonnunquam tamen longam retinent: vt,* κεκότηα *pro* κεκότηκα, κεχάρηα *pro* κεχάρηκα: *niſi poeticum ſit.*

Plusquamperfectum: *Primam in* ειν *vertunt Iones in* εα, *tertiam* ει, *in* εε: *vt,* ἐτετύφεα *pro* ἐτετύφειν, ἐτετύφεε *pro* ἐτετύφει. *Pro* ᾔδειν *autem dicitur* ᾔδεα *teſte Euſtathio: qui etiam obſeruat* εα *rurſum contrahi ab Ionibus in* η: *vt,* εἰρήκεα, εἰρήκη: *Tertia autem in* εε *adiungi* ν: *vt,* εἰρήκεεν, εἱστήκεεν, *quod rurſum contrahatur in* ει: *vt,* εἰρήκειν *pro* εἰρήκει, εἱστήκειν *pro* εἱστήκει: *vnde apud Homerum,* ἤσκειν εἴρια καλά, *pro* ἤσκει, *in 3. Iliad. Sic* ᾔδειν *pro* ᾔδει.

Aoriſtus *vterque in tertia ſingulari formatur ab Ionibus, vt dictum eſt in Imperfecto: vt,* ἐλάσασκε *pro* ἤλασε, ἐλάσκε *pro* ἔλαβε, ποιήσασκε *pro* ἐποίησε, δόσκε *pro* ἔδωκε, δόσασκε *pro* ἔδωκε.

Futurum primum:

Ad *tertiam ſingularem addunt Iones per paragogen* ιν: *vt,* τύψειν *pro* τύψει.

Quintæ *coniugationis circumflexum reſoluunt Iones: vt,* ἐρέω *pro* ἐρῶ, τιμέω *pro* τιμῶ.

Vnum *eſt verbum* ἔρδω *Ionicum, quod futurum habet* ἔρξω. *Fit enim à* ῥέζω, ῥέξω, *& per metatheſin* ἔρξω.

Futurum *ſecundum reſoluunt Iones: vt,* τυπέω *pro* τυπῶ, τυπέομαι *pro* τυποῦμαι.

Subiunctiuo: *Tertiis perſonis ſingularibus ſubiunctiuorum, ſæpe addunt Iones* σι *vel* σιν *ſequente vocali: vt* δῷσι *pro* δῷ. *Quidam* ιοτα *non ſubſcribunt,* διδῶσι *pro* διδῷ. τύπτησι *pro* τύπτῃ, ποιῇσι *pro* ποιῇ. *Quod ſi circumflexam terminationem reſoluant, vt initio dictum eſt, terminant in* ηισι: *vt,* ποιήῃσι *pro* ποιῇ, τιθήῃσι *pro* τιθῇ. *Varinus annotat Atticam hanc eſſe in ſubiunctiuis paragogen & nominatam fuiſſe* Ἰβύκειον, *quod ea inprimis Ibycus vteretur.*

Infinitiuo:

Huius *tempora omnia, excepto Aoriſto primo, formant Iones, vt Attici, eo ſolum diſcrimine quod* αι *non adiiciunt: vt,* τυπτέμεν *pro* τύπτειν, πεποιηκέμεν *pro* πεποιηκέναι, θέμεν *pro* θεῖναι.

Perfectum *Infinitiui formant Iones à perfecto actiuo, ſublato etiam* κ: *vt,* τεθνάναι *à* τέθνεα, *pro* τεθνηκέναι: ἑστάναι *ab* ἕστηα, *pro* ἑστηκέναι: βεβάναι *à* βέβαα *pro* βεβηκέναι.

M. Reliqua

IONICA.

- Nonnulla verba in μαι in Paſſiuo genere apud Iones vocalem longam ſeruant, Atticorum more: vt, ἑρημαι pro ἑρημαι, ὤνημαι pro ὤνημαι.

M. Reliqua genera ſunt

- **PASSIVVM**, cuius conſiderandus eſt Modus
  - **Indicatiuus.**
    - Secunda perſona ſingularis aliquot temporum, Præſentis, Imperfecti, Futurorum trium, Subiunctiui item, formatur a tertia eiuſdem numeri, ex vltima ſyllaba detracto τ: vt, τύπτεαι pro τύπτῃ, ἐτύπτεο pro ἐτύπτου, τυφθήσεαι pro τυφθήσῃ, τεύξεαι pro τεύξῃ, τετύψεαι pro τετύψῃ, ἐτίθεο pro ἐτίθου, ab ἐτίθετο; τίθεσαι pro τίθεσαι, a τίθεται, ἵστασο pro ἵστασο, ab ἵστατο, ἐδίδοσο pro ἐδίδοσο, ab ἐδίδοτο, ἐλύσαο pro ἐλύσω, ab ἐλύσατο, ἐβόσαο, vel ſic[illegible], a in η mutato, ex ἐτύπτου pro ἐτύπτου. Dicunt alij ſecundam perſonam Imperfecti in ου circumflexum reſolui Ionice in εο: vt, ἐτύπτεο pro ἐτύπτου. Eſt tamen prior datus canon generalior, etiam eas ſecundas comprehendens, quæ non deſinunt in ῃ circumflexum.
    - Prima pluralis deſinens in μεθα omnium temporum & modorum, ad θ per epentheſin acquirit Ionice σ: vt, τυπτόμεσθα pro τυπτόμεθα, ἐποιεύμεσθα, pro ἐποιούμεθα, τιθέμεσθα pro τιθέμεθα.
    - Tertia perſona pluralis præteriti Perfecti & Pluſquamperfecti omnium coniugationũ formatur a tertia ſingulari vt apud Atticos dictum eſt: vt, τετύφαται pro τετυμμένοι εἰσί, ἐψάλαται pro ἐψαλμένοι εἰσί, ἐτετύφατο pro ἐτετύφαντο. Addit Anteſignanus, in quinta Coniugatione non inueniri hanc Ionicam perſonam, niſi verbum deſinat in λω & ρω, vbi λ & ρ manent ante α & ρ adſpiratur, vt quibuſdam placet: vt, ἐσπάραται, ſeminati ſunt. Herodotus in Pluſquamperf. pro ἐσταλάτο dixit ἐσταλάδατο, per pleonaſmum ſyllabæ δα. Neque enim inuenitur in verbis ſexta quæ ante ται habent ε.
  - **Imperatiuus:** Secundam ſyllabam Imperatiui Paſſiui deſinentem in ου Iones reſoluunt in εο: vt, τύπτεο pro τύπτου, φιλέεο pro φιλοῦ. Deſinentem autem in εο per Syncopen minuunt, abiecto ε, & fit in verbis in μι: vt, τίθεο pro τίθου, ἵστασο pro ἵστασο, δίδοσο pro δίδου, ζεύγνυο pro ζεύγνυσο.
  - **Optatiuus: Nam**
    - Prima pluralis in μεθα, acquirit Ionice σ, vt in Indicatiuo: vt, τυπτοίμεσθα pro τυπτοίμεθα.
    - Tertia pluralis in ντο deſinens, ſeu ν abiecto, acquirit α: vt, τυπτοίατο pro τύπτοιντο, τυχθείατο pro τυχθεῖντο.
  - **Subiunctiuus. Nam**
    - Secunda ſingularis præſentis formatur a tertia, apud Iones, vt in Indicatiuo: vt, τύπτηαι pro τύπτῃ.
    - Prima pluralis in μεθα acquirit Ionice σ, more temporum Indicatiui: vt, τυπτώμεσθα pro τυπτώμεθα.
  - **Infinitiuus Hic**
    - Diphthongus ει primæ circumflexorum nonnunquam reſoluitur Ionice in εε: vt apud Heſiodum ΓΣΟ[illegible]εῖσθαι pro [illegible]εῖσθαι, ἀποπλεέεσθαι pro ἀποπλεῖσθαι.
    - Aoriſtus vterque Ionice deſinit in μεν, abiecto αι ab Attica formatione: vt, τυχθῆμεν pro τυχθῆναι, ταγῆμεν pro ταγῆναι, σταθῆμεν pro σταθῆναι.
- **MEDIVM**, cuius Ionicæ variationes eadem ſunt cum Actiuo & Paſſiuo genere, quatenus cum iis terminationum debita proportione conueniunt. Nos carptim perſtringemus omnia, vel ſaltem pleraque.
  - Secunda ſingularis Medij generis Indicatiui & Subiunctiui modi formatur Ionice a tertia, abiecto τ, vt dictum eſt in præſenti Indicatiuo paſſiuo: vt, τύπτεαι pro τύπτῃ a τύπτεται, ἐτάξαο pro ἐτάξω, ab ἐτάξατο, τύπτηαι pro τύπτῃ, a τύπτηται. In hoc vero genere eadem pacto formatur ſecunda Aoriſtorum modi Subiunctiui: vt, τάξηαι pro τάξῃ, τάγηαι pro τάγῃ.
  - Prima pluralis in μεθα, Indicatiui, Optatiui & Subiunctiui, acquirit σ, vt in Paſſiuo: vt, τυπτόμεσθα pro τυπτόμεθα, ταξάμεσθα pro ταξάμεθα, &c.
  - Tertia ſingularis, vt & prima Pluſquamperfecti Indicatiui Ionice deſinunt in εα & εε, vt in Actiuo: vt, ἐτετάγεα pro ἐτετάγειν, ἐτετάγεε pro ἐτετάγει.
  - Futurum ſecundum circumflexum Iones reſoluunt: vt, ταγέομαι pro ταγοῦμαι, ταγέεσθαι pro ταγεῖσθαι.
  - In Imperatiuo ſecundam in ου, vel verborum in μι in σο deſinentem Iones efferunt, vt in Paſſiuo dictum eſt: vt, τάπτεο pro τάπτου, ἵστασο pro ἵστασο.
  - In Optatiuo tertia pluralis in ντο deſinens formatur, vt in Paſſiuo: vt, τυπτοίατο pro τύπτοιντο, ταξαίατο pro τάξαιντο.
  - In Infinitiuo, Præteritum perfectum Actiuo more formatur, ſed tamen neglecto αι: vt, τεταγέμεν pro τετάχθαι.
  - Verbi εἶμι Perfectum εἶκα & ἦκα Ionice habet εἴκα: & Pluſquamperfectum ᾔειν, Ionice habet ᾔεα, vt ἐτετάγεα.